Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26123
Copyright: Admont, Benediktinerstift

testimonia non solum quatuor euangelistarum si; etiam
pauli apli· contrendus & demonstrandus est· Omnium ergo
unum primo apparuisse intelligitur petro· ex his dum tratur
omnib; quos euangliste· iii· & paulus apls commemorauerit·
C eterum si apparuerit alicui eorum priusquam petro quod
omnis tacuerint· quis uel dicere audeat uel negare· Hec;
enim & paulus dixit apparuit primo cephe· si; apparuit
inquit cephe· postea· xi· deinde apparuit plusquam quingentis
fribus simul· Sic autem non apparet quibus· xi· quemadmodum
nec quibus quingentis· Fieri enim potest ut de turba discipulorum
fuerint isti· xi· nescio qui nam illos quos apls nominauit·
non iam· xii· si; xi· diceret· sicut non nulli etiam codices
habent· qd credo perturbatos homines emendasse· putantes
de illis· xii· aplis dictum· qui iam uida extincto· xi· erant·
S; siue illi codices minus habeant qui· xi· habent· siue alios
qs· xii· apls paulus uelit intelligi· siue sacratum illum nume
rum etiam in· xi· stare uoluerit· quia duodenarius in eis
numerus ita mysticus erat· ut non posset in loco unde ni
aliis idest mathias ad consecrandum sacramentum eiusdem
numeri subrogari· quodlibet & eorum sit· nichil inde existit
quod ueritati uel istorum alicui ueracissimo narratori re
pugnare uideatur· Probabiliter tamen creditur postea
quam petro apparuit· deinde apparuisse istis duobus
quorum unus erat cleophas· de quib; lucas totum narrat·
marcus autem breuiter ista pstingit· Post hec autem inquit
duob; ex eis ambulantib; ostensus est in alia effigie eunti bus
in uillam· Castellum quippe illud non absurde accipiunt
etiam uillam potuisse appellari· quod nunc iam appellatur
ipsa bethleem quae ciuitas antea uocitata est· quamuis